Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Copia Præsentationis FF duorum ad Ordines.

Preces et obsequia paratissima.

Adm Rdi Nobiles et Clarissimi Domini.

Divini honoris augmentum, monasterijq; mei utilitas me movent, ut hosce duos FF Christianum Proxmaister, ante annum consecratum Diaconum, ac Edmundum Quaranta Acolythum ad maiores Ordines hoc tam angusto tempore promotos percupiam. Denique ipsa eorum ætas, si ipsi superet, et morum integritas utrumq; mihi commendatum reddidere. Doctrinem utrimq; sufficientem ad hos Ordines inire spero, attamen huic forte minorem, quod hactenus magis organico exercitio addictus, vario alia studia posthabere debuerit, ne pluribus intentus minor ~~est~~ ad singula fratres, imposterum maiorem impenturus in studia operam. Ea propter ~~Adm~~ Rdi Nobiles et Clarissimi Domini ve-nixe rogatos velim, ut hac in parte mihi gratificantes illum in Presbyterum, hunc in Subdiaconum promovere et ordinari benefi-ce permittatis, alijs officijs hoc beneficium mihi meosq; mutuo impensum compensaturus paratus. Datum in Stambs 17 Januarij Ao 1632

Paulus Abbas.